

Sancti Thomae de Aquino
Super II Epistolam B. Pauli ad Corinthios lectura
Prooemium
Reportatio vulgata

Ministri Dei nostri, dicetur vobis, Is. LXI, v. 6. In his verbis congrue tangitur materia huius secundae epistolae ad Corinthios. Nam in prima epistola agit apostolus de ipsis sacramentis, sed in hac secunda agit de ministris ipsorum sacramentorum, tam bonis, quam malis. Ratio autem hanc epistolam scribendi fuit, quod Corinthii, post praedicationem eius, admiserant pseudo-apostolos, quos apostolo praeferebant. Propter hoc scribit eis hanc epistolam, in qua commendat apostolos et ostendit verorum apostolorum dignitatem; ostendit etiam et vituperat falsorum apostolorum falsitatem.

Commendat autem verorum apostolorum dignitatem, ex hoc quod sunt ministri Dei. *Ministri*, inquit, *Dei, dicetur vobis*, scilicet apostolis, qui quidem dicuntur ministri quantum ad tria. Primo quantum ad dispensationem sacramentorum. I Cor. IV, 1: *sic nos existimet homo, ut ministros*, et cetera. Christus enim institutor est sacramentorum, sed apostoli et eorum successores ea dispensant, et ideo subditur in praedicta auctoritate *et dispensatores mysteriorum Dei*. Secundo quantum ad gubernationem, scilicet in quantum gubernant populum Dei. Sap. c. VI, 5: *cum essetis ministri, non recte iudicastis*, et cetera. Deus enim gubernat omnia per prudentiam. Unde quicumque aliquid gubernat, dicitur minister Dei. Tertio quantum ad humanae salutis operationem, in quantum scilicet eorum ministerio et praedicatione, homines ad salutem conversi sunt: cuius salutis solus Deus est auctor, quia ipse est qui venit salvum facere quod perierat, apostoli vero ministri. I Cor. III, v. 4 s.: *quid ergo est Apollo? Quid Paulus? Ministri eius, cui credidistis*, et cetera.

“Dienaars van God zult gij heten” (Jes. 61, 6)

Met deze woorden wordt het onderwerp van deze tweede brief aan de Korintiërs aangeduid. Want in de eerste brief behandelde de apostel [Paulus] de sacramenten, maar in deze tweede brief behandelt hij de bedienaars van de sacramenten, zowel de goede als de slechte. De reden voor het schrijven van deze brief was dat hij gepredikt had bij de Korintiërs maar dat zij pseudo-apostelen verwelkomd hadden die zij verkozen boven de apostel. Om die reden schrijft hij hen deze brief waarin hij de apostelen aanbeveelt en hij hen de waardigheid van de ware apostelen toont en de valsheid van de valse apostelen aantoonst en afkeurt.

Hij beveelt de waardigheid van de ware apostelen aan omdat zij dienaren van God zijn. “Dienaren zult gij heten”, d.w.z. de apostelen. Zij worden dienaren genoemd omwille van drie redenen.

Ten eerste omdat zij de sacramenten toedienen: “Men moet ons beschouwen als dienaars van Christus” (1 Kor. 4, 1). Christus immers is de insteller van de sacramenten maar de apostelen en hun opvolgers dienen ze toe en daarom gaat de zojuist geciteerde autoriteit verder “en uitdelers van Gods geheimen”.

Ten tweede omdat zij het volk van God besturen: “Als dienaren van zijn koningschap, hebben jullie niet goed geregeerd, de wet niet onderhouden” (Wijsh. 6, 4). God immers bestuurt alles door zijn wijsheid zodanig dat ieder die een ander bestuurt, dienaar Gods genoemd wordt.

Ten derde omdat zij werken omwille van het heil van de mens. Immers door hun dienstwerk en prediking worden mensen voor hun heil bekeerd. Maar enkel God is

Sancti Thomae de Aquino
Super II Epistolam B. Pauli ad Corinthios lectura
Prooemium
Reportatio vulgata

de auteur van het heil van de mens want Hij is het die gekomen is om te verlossen wat verloren was. De apostelen echter zijn Zijn dienaren: “Wat is Apollos? Wat is Paulus? De dienaren van Hem in wie jullie geloofd hebben.” (1 Kor. 3, 5)

Vertaling: Jörgen Vijgen